universität innsbruck
Universitäts- und Landesbibliothek Tirol

Universitäts- und Landesbibliothek Tirol

Innsbruck, ULB Tirol, Cod. 723

Augustiner Chorherrenstift Neustift

Entstehungsort unbestimmt, 18. Jahrhundert (nach 1773)

urn:nbn:at:at-ubi:5-289

723
II
II 3 Fh 9 Sa

Mensa Aurea Planetarum

1	2	3	4	5	6	7
189	198	207	216	225	234	243
315	324	333	342	351	360	369
63	72	81	90	99	108	117
378	387	396	405	414	423	432
252	261	270	279	288	297	306
126	135	144	153	162	171	180
0	9	18	27	36	45	54

BIBLIOTHECA OENIPONTANA

Chimica, Th[illegible]

Creditor, an[illegible]
an H[illegible]

Somnia, Phil[illegible]
Quis [illegible]

Semper ero Fel[illegible]

Miles ad ar[illegible]

Mars neca[illegible]
Mars[illegible]

Libera. Mu[illegible]
mihi [illegible]

Ecquod Ste[illegible]
Tin[illegible]

☉ Chimica[1], Thesaurus[2], Venatio[3];
Debita[4] solvet?
Creditor[5]. an mihi Fidus[6]?
an Hospes[7] adesse moratur? [recusat written above moratur]

☽. Somnia[1], Phlebothomus[2], Morbus[3].
Quis Primus[4] obibit?
Semper ero Felix[5]. Fuge[6] tales.
Fidus[7] amanti est.

♂ Miles ad arma[1]! Latent[2] Hostes.
Ne fide Duello[3].
Mars necat[4]. anne favet[5]?
Martem sequar[6]? omina Belli[7]?

☿ Sidera[1]. Musa[2] favet, num Merx[3]
mihi? quidve cavendum[4]?
Ecquod Iter[5]? Quis Fur[6]? num
Finis[7] denique Causa?

♃ Religio, Salvus, Dives, Prolat, et omen
Felix auspicij, Sacerd, et venera-
bile Munus.

♀ Quo Coniux, quis Vir, nu Sponsa,
Puerpera Prolis
Multiplicis: num Mas, Quod
Fatum: quidve cavendum:

♄ Frugifer annus erit: Quot vitæ lustra,
Racemus,
Bruma, Rosa, Spica. Quis
Vitæ denique Finis?

omnes planetæ: Quo cupio, an fient?
quo Cogito, coepta relinquam?
~~Sors Martis an Coeptis adest?~~
~~Res proxima fiet.~~
Vera refers. Laurus. Successus. Spesne,

Stella incognita. Ecce Cometa! redit Pax.

Quis Status? Omina Matris

Reginae, Prolis, Borussi, Fataque ~~Liligeri~~ galli.

Stella Nebulosa. Sacra, Profana

~~Colo~~ sequor. Jovis, officiumque iubetur.

Tempestas: "Genius" "Humor". Quae ~~demo~~ Natio servit?

Stella Stationaria. Quis. Quod Nomen?

Ubi? Cur? Desque? Quando? Quid intus?

Sidus retrogradum. Loyolidum reditus,

Tempus. Conversio constans.

Mores sanati. postremum mentis asylum.

Profe[illegible]

☉. III. 3. 4. 7. IV.
VII. 4. 5. 7
☽. I. 1. 2. II. 1. 2
7. V. 1. 2. 3.
8. 9.
♂. I. 4. 7. II. 3.
V. 1. 2. 3. 4. 5
☿. I. 2. 3. 5. 9
6. IV. 4. V.
VII. 2. 8.
♃. III. 1. 2. 3
V. 1. 2. 3. 4
♀. I. 3. 4. 6. 6
IV. 1. 2. 4.
2. 8. 9.
♄. I. 1. 7. III. III.
VI. 2. 3. 4.
[illegible]. 1. 2. 3. 4. 7
V. 3. 4. 8. 9.
VI. 2. 4. 5. 6

Prospera et innocua Cabbala 4. 9

☉. III. 3. 4. 7. IV. 5. 8. V. 3. ~~4~~. VI. 2. 3. 6. 7.
VII. 4. 5. 7. 8. 9.

☽. I. 1. 2. II. 1. 2. 5. 9. III. 1. 2. 3. 4. IV. 2. 4.
7. V. 1. 2. 3. 4. 9. VII. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.
8. 9.

♂. I. 4. 7. II. 3. 4. 7. III. 3. 4. 5. 8. IV. 3. 4.
V. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. VI. 7. VII. 6. 7.

☿. I. 2. 3. 5. 9. II. 1. 2. 3. 4. 8. III. 2. 4.
6. IV. 4. V. 1. 2. 3. 4. 6. VI. 1. 2.
VII. 2. 8.

♃. III. 1. 2. 3. 4. 5. 7. IV. 1. 2. 6. 7. 8.
V. 1. 2. 3. 4. 7. 9. VI. 6. VII. 1. 2. 3. 4. 6.

♀. I. 1. 3. 4. 6. 8. 9. II. 2. 4. 6. 7. 9. III. 2. 5. 8.
IV. 1. 2. 4. 5. 6. 7. V. 1. 2. 4. 6. 9. VI. 1.
2. 8. 9.

♄. I. 1. 7. II. III. 1. 2. 3. 6. V. 1. 2. 7. 8. 9.
VI. 2. 3. 4. 6. VII. 4. 7. 8. 9.

**. I. 1. 2. 3. 4. 7. 8. II. 3. 4. III. 1. 2. 4. 7. 8. 9.
IV. 3. 4. 8. 9. V. 6. 9. VI. 2. 3. 5. 9.
VII. 2. 4. 5. 8. 9.

*. Incogn. I. 4. II. 1. 3. 6. IV. 0. excipe 7.
V. 0. [Dexe:3] VI. nunc quid 0 fet de VII nihil.
* Nebul. I. 0. II. 1. 2. 3. 4. 5. 8. III. 0. exc. 9.
V. 1. 5. 6. VI. ~~0~~ 6.
*. Stat. I. 2. 3. 6. II. 0. IV. 1. 2. 3. V. 1. 2.
3. 6. VI. 1. 2. 3. 4. 6 VII. 1. 2. 3. 4. 5.
7. 8. 9.
* Retrogr. III. excip. 7. 9. IV. excipe 2. 7. 9.

85.7 Prospera bella cies.

86.2 Quo pede cepisti pergas

94.1. Dux eius numen Crucif

2 Hoste magnanimu conf

3. Hostes ne metuas, sempe

4. Laudat alauda Deu

8. Gaudia progignet Nat

95.4. Hunc Virtus invicta

5. Sentiet ultore lesa

6. Marsilli terras, erep

8. Virtutu meritis Super

9. Propitijs reget hic

96. 8. Reddetur Domino

35

de Pace 7.

31. 4.

7. a

85. 8 n

9 F

Pax faciet nostræ tuta alcedonia terræ.
urea tranquilla solantur tempora pacis
ulla salus bello pacē te poscimus omnes
iniet haud mavors lites, transactio tollet.

85.7 Prospera bella cies. magno Duce causa triumphat.

86.2 Quo pede coepisti, pergas fortuna favebit

94.1. Dux eius Numen Crucifixum; non time hostem

— 2 Hostem magnanimum confligent tela Tecla.

3. Hostes ne metuas; semper bona causa triumphat.

4. Laudat alauda Deum; colum tutatur alaudam.

8. Gaudia progignet Natus quamplurima Matri

95.4. Hunc Virtus invicta Dejs cum tempore junget.

5. Sentiet ultorem laesa Borussia Matris

6. Marsilli terras, ereptaque regna rependet.

8. Virtutum meritis Superis hic magnus et orbi.

9. Propitijs reget hic Superis, populumque beabit

96. 8. Reddetur Domino Silesia rapta priori.

35. 1. aeternos statuit tibi Mars generosque honores

2. egregium factis paries tibi nomen honoris

3. Divitias Bellona tibi, tibi praemia spondet

4. Te virtus animosa Dijs cum tempore junget

5. ausus magnanimos ornabit gratia Martis

6. Heroum palmare decus cum tempore fies

9. magnanimos Bellona beat, fortesque coronat.

de Pace[6]

31. 4. Pax faciet nostrae tuta alcedonia terrae.
7. aurea tranquillae solantur tempora pacis

85. 8 nulla salus bello pacem te poscimus omnes
9 Finiet haud mavors lites, transactio tollet.

Elenchus
Quæstionum et Respon-sionum omnium.

11. Aauru

1 Efficies fu
2 Efficies f
3 De dubit
4 Chymica
5 Experim
6 Ars dab
7 Dilapid
8 aurab
9 auges

12.

1 Ingenti
2 Decipit
3 Divitias
4 Surge M
5 frustra
6 Excipit
7 Extantb
8 Indexi
9 Thesauru

Sol.

11. aurumne arte Chymica N. efficiet?

1 Efficies fulvum, quam primu iniecris, auru
2. Efficiet fumos, non auru, stulta Cupido
3 Ne dubita, efficies, ut fias pauper egensqz
4 Chymica te fallit, fulvique cupido metalli:
5 Pauperiem citius, quã fulvum videris aurum
6 Ars dabit auriculas Phrygij pro munere Regis
7 dilapidabis opes, vanos dat Chymica fumos.
8 auratũ referes digno pro munere nasum.
9 aures, non aurum, prolongas Chymica spondet.

12. Eruetne N.N. quæsitu Thesauru.

1 Ingenti risu solvet Sors coca labores
2. Decipit Infernus; thesauri est nescia Tellus
3 divitias frustra, cassoque molimine quæris
4 Surge Myda, auriculásqz tuas fodientibus apta
5 frustra telluris disquirunt abdita talpæ —
6 Excipiet magnis delusos turba cachinis.
7 Quærunt auriculásqz Mydæ populiqz cachiños
8 Index inveniet solus, dum puniet, auru.
9 Thesaurus Pietas ingens; hanc quærite talpæ.

Sol

13. Quomodo succedet N. Venatio?

1 Non cervum capies, timeas sed cornua Cervi
2 Præda Lepus fiet, timidum quem pectore gestas
3 Exi Venatum! nam vulpibus omnia plena
4 Deÿcies magnũ ramoso vertice cervum — —
5 Est, occulta tuæ qui tendit retia vitæ
6 Nil capies hodiè; melior venatur avernus
7 Assus præda Lepus fiet, quem mensa parabit.
8 à Loiÿs prædâ vacuus ridebere cunctis
9 Ars tua venandi ieiunum redderet orbem.

14. Solvétne N. mihi N. quod debet?

1 Debita non solvet, maioráqꝫ contrahet ille —
2 Nunquam fecisset, si solvere Debita vellet.
3 Solvet, sed longos patientia duret in años
5 Tradere vix alio poteris, quod solveret ille.
4. Solveret is numos, essent si Numina curæ.
6 Te certò solvet, si numos probeat alter.
7 Tunc certò solvet; si propria Debita solvas
8 Est iustus, solvétque tibi, quæ Debita fecit.
9. Solveret, hospitiò nisi partum conderet Aurum.

Sol

15. An N. mutuò danda Pecunia?

1 Argentum repetens, perdes, quem credis, amicū?
2 Esse tibi nullum, prodest, si dixeris aurum.
3 Da, quocunque petit, si vis servare Patronū.
4 Annue, nā levior posthac tibi sarcina fiet.
5 Dic: mea bursa vacat, decrevit solvere nunquā
6 Nil da, te facient aliena pericula cautū.
7 Consilijs tu crede bonis, et respice finē.
8 Si reddi nunquam cupias, da cuncta petenti
9 Blanditijs non crede suis, te fallere tentat.

16. Estne N. mihi fidus et fidelis?

1. Languet amore fides, tantum sua cōmoda quærit
2 Est sine labe fides, candorem pectore gestat
3 Officium facit ille suum, te fallere nescit.
4 Decipit ille, dolis instructus, et arte Pelasga
5 Ille fidem, qui plura dabit, fallendô locabit.
6 non tibi prestigias (quæ dico, crede) parabit.
7 Non fallax est ille Sinon, fraudumque magister
8 Prodigus Arcani est, sincerum fingit amorem.
9 Illi nulla fides, nemo inconstantior illo est

Sol

17. Venietne N. invitatus?

1 Quodam causa moram faciet, nequit ille venire
2 Impedit haudquidquam, renuet tamen ille venire
3 Non veniet; prohibent conficta negotia rursus.
4 Ne dubita, veniet; gaudet servire vocanti
5 Mittere non opus est currum, gaudebit adesse
6 Ægrotat; servire tibi non posse dolebit: finget
7 Ille tibi veniet, vicibus si mille vocares
8 Te praesens certò, quem vis, recreabit amicus
9 Vix potero, dicet: veniet tamen ipse libenter

Luna

21. Quid portendit Somniū N. hac nocte habitū

1 Non sis sollicitus; sunt somnia somnia tantū
2 Portendit iucunda tibi; fortuna favebit
3 Multiplicato preces; nā tristia fata parantur
4 Phlegmata multa tuo, lymphoq; in corpore regnant
5 Vena secanda tibi; nā tristia fata parantur
6 Impatiens animus depinxit tristia menti
7 Vena secanda tibi; calidus nam sanguis abundat.
8 Preteritū menti revocarunt Somnia factū
9 Corpore fervescit sanguis; citò vena secanda!

22. An Phlebotomia N. conducet?

1. Vena secata tuas servabit corpore vires
2. Multum conducet, Medici si iussa sequaris
3 Conducet multum, si sobrius esse studebis.
4 Illum, quem speras, effectū crapula tollet.
5 Sectio facta iuvat, si sit coniuncta dieta
6 Væ tibi! si repleat vacuam indignatio venā.
7 Serva, quam Medici comendat cura, dietā.
8 Certò conducet, ni mergant vina salutem
9. Ista gravem impediet venarū Sectio morbū

Luna

23. An Morbus N. quo laborat N. fatalis est?

1 Obtinget certò sani tibi corporis usus
2 Semina morborū, sed lentè, corpora linquent.
3. Cynthia si ponat cornu, valetudo redibit.
4. Cynthia decrescens morborū semina tollet
5 Apta feret (sic fata volunt) medicina salutē
6 Heu! domui dispone tuæ; morières, abibis.
7 Te cumulata iuvant magnis altaria donis.
8 Res dispone tuas; portā mors proxima pulsat
9 Optatā, sed lenta, feret medicina salutem.

24. Morieturne Coniux N. ante Maritū N? Aut an hic N. ante illam N?

1 Fatalis te, non illum, vocat hora priorem.
2 Spectabit sua fata prior, tu funera cernes.
3 Tu moriere prior, mortem tamen ipse subibit.
4 Ibit mortis iter, spectabis funera primo
5 Ah! te, non illum, mors insperata vocabit.
6 Te, non hunc, primo violabunt spicula mortis
7 Is primus, non tu, vita suprema videbis
8 Fatorū tibi, non illi, decreta minantur.
9 Fatalis te, non illū, Libithina citabit.

Luna

25. Erône N. semper felix?

1 Implebis vitæ lætis successibus años
2 Ordinat egregios tibi vitæ Horoscopus años
3 Splendida servabit vultû fortuna benigna
4 Siqua dura premunt, adversis altior ibis.
5 Plurima dura feres, referet patientia palmam
6 Sunt bona mixta malis, miscentur gaudia luctu
7 Invida sors rapiet ~~tib~~ tristi tibi plurima fato
8 Fata favent, verum non semper ridet Apollo.
9 Constans servabit faciem Fortuna benignam.

26. Quinam mihi homines N. fugiendi?

1 Fœmineas fuge blanditias, cantusque Syrenum.
2 Te non associa tumidis, Bacchoque gravatis
3 Vita grandiloquos, et nigra bile tumentes
4 Rixosos fuge peste magis, mensasque voraces
5. Vita crine rubros, nasutos, atque superbos.
6 deformi naso fuerint quicunque, caveto.
7 Vultu flaventes et de se magna loquentes
8 Elatos, stupidos, et nigra bile tumentes vita
9 Vita, qui reliquos spernunt et propria iactant.

Luna

27. An N. fideliter me N. amat?

1 Diligeris, nescitque suo tibi cedere amore
2 Ne dubita, similes nutrit sub pectore flamas
3 ardet amore pari, remanetque fidelis amanti
4 Reddit amando vices: semper constanter amabit.
5 Ne dubites, urunt æquales pectora flamæ
6 æstimat ardentes flamas, et certat amando
7 Reddet amore vices, et fallere nescit amantes
8 Te redamat, semperque pio redamabit amore
9 Constanti constans semper respondet amori.

Mars

31. An orietur año N. Bellū inter Principes Christianos?

b 2 Optima non servat seductus fœdera Princeps
a 1 Intima turbantur sovi conclavia Regis
3 Excitat ore Leo magnis rugitibus orbē.
4 Pax faciet nostra tuta Alcedonia terra
5 Fax belli terret, tentat discordia Reges
6 Gallus cantabit, Leo rugiet, arma minatur.
7 Aurea tranquillæ solantur tempora pacis
8 Ambitione tumens turbabit gaudia Princeps
9 Pugnantū rabies multo agros sanguine tinget

32. Habeone N. Hostes occultos?

1. Hostis es ipse tuus; generosè vincere disce
2 Æmulus invidias struxit, foveamque paravit
3 Sanctè Numen amans nullos trepidabit ad hostes
4 Moribus ipse tuis inimicos mille parabis
5 Paucos Euryalos numeras, sed mille Sinones
6 Ignorare iuvat, quod posset perdere pacem.
7 Erras, si credis te cunctis posse placere?
8 Cunctis nemo placet; cunctis sperasne placere?
9 Quisque suos patitur manes, quandoque dracones

Mars

33. Quis succumbet in Duello N. an N.?

1 ambo succumbent stulti, quos hauriet orcus
2 certò unus vitā perdet, sed uterque salutem
3 Lex Non occides vult, ut pugnare recuses.
4 Injurias Christus patitur, tu ferre recuses?
5 succumbes, nisi te pro Chrō vincere discas
6 Fac ea, quae moriens velles confecta fuisse
7 Serius aut citius certū properabis ad orcum.
8 Quae fratri infliges, infligis vulnera Christo.
9 Non mihi tu credes Scripturae oracula spernens?

34. An in Pugna die N. mensis N. instituendâ occumbendū mihi?

1 Fac tibi propitium Numen; morieris enim tu
2 Nunc domui dispone tuae; nam fata minantur
3 Si mens nullius peccati conscia, vives
4 Vives, sed sanctos ausculta in pectore pulsus
5 Salvus eris, tergens vero peccata dolore.
6 Mortem decrevit coelum; tua crimina plange
7 Occumbes; non incolumem te pugna remittet.
8 Non tibi dilectam servabunt praelia vitam
9 Vulnera multa feres, non vitā praelia tollent

Mars

35. Qualis me N. Fortuna beabit in Bello?

1 Aeternos statuit tibi Mars generosus honores
2 Egregium factis paries tibi nomen honoris
3 Divitias Bellona tibi; tibi praemia spondet
4 Te Virtus animosa Dijs cum tempore iunget
5 Ausus Magnanimos ornabit gratia Martis —
6 Heroum palmare Decus cum tempore fies.
7 Magnicrepus verbis, sed factis nullus haberis
8 Florebit nunquam grandi iactator hiatu —
9 Magnanimos Bellona beat, fortesque coronat.

36. An N. nomen Militiae dandum?

1 Mens animosa deest, calamus, non arma quadrant.
2 Non gladius, sed penna quadrat: prudenter agendum
3 Non animus Belli poterit sufferre labores
4 Abijcit imbelles Mavortis gloria fungos
5 Bella gerant alij; tu, credo, semper amabis
6 Bella cave; timidos semper Bellona repellit.
7 Nomen da Marti, si vis clarescere mundo
8 Bellum qui suadet, leporem putat esse leonem.
9 Stultus amor Martis pereat; secus ipse peribis.

Mars

37. Succedétne N. Imperatori vel Regi Bellū?

1 Prœlia pugnabis nullos habitura triumphos
2 Cum Regno populos perdes; bona causa triumphat.
3 Infelix multo constabit sanguine Bellū
4 Pax esset melior, melius quoq; parta tueri
5 Otia non turbes Patriæ: Bellō omnia perdes
6 Prospera bella cies; semper bona causa triumphat
7 Bella tibi prosunt, si Reges fœdera servent.
8 Nulla salus Bello; Pacem te poscimus omnes
9 Finiet haud Mavors lites, transactio tollet.

Mercurius

41. An N. brevi gratas accepturus sit literas?

1 Proxima quaesitos tibi pandet Epistola sensus
2 Charta tibi veniet pretioso charior auro.
3 Nuntia grata ferent, quae folia scribes amico
4 Missa tabella venit, sed tristia nuntia portat
5 Missa tabella tibi gratissima nuntia pandit
6 Proxima quae veniet, te reddet epistola certum
7 Missa tabella venit, quamvis nihil afferat auri
8 accipies chartam, sed non nisi verba ferentem
9 Mercurij pergrata feret tibi folia; gaude!

42. Estne Ingenium N. aptum ad Studia?

1 Te clarum Ingenij Musis commendat acumen
2 Dotibus Ingenij praestas, tibi vena calebit
3 Ingenium felix, et spiritus Entheus in te
4 de meliore luto finxit praecordia Titan
5 ut faveant Musae, Studijs opus atque labore
6 absque labore nihil reddent tibi Numina Pindi.
7 Doctorum augebis turbam, piger esse recusa!
8 Enthea vis animum bellas accendit ad artes
9 aonij fontis lymphas, non vina frequenta!

Mercurius

43. aptusne N. ad Mercaturā exercendā?

1 Fallere, mentiri si scis, exponito merces
2 Mercurius summos quondā tibi spondet honores
3 Mercurio servi, sed verum Numen adora
4 Divitias grandes parient lucrum atq; labores
5 Mercurius faveat, te condemnabit apollo
6 Mercurius donabit opes, donabit honores
7 Servi Mercurio; mendacia fundere nosti
8 Venales poteris fallendo exponere merces
9 Mercator fies gibbosa coniuge dives

44. Quid N. Mercaturā exercenti cavendū?

1 Muscerdā piperis nunquam confundito granis
2 Nunquam ditesces quaesito ex crimine lucro
3 Proficuū perdis tua per mendacia lucrū
4 Fide Deo: nimias quae torquent, abjice curas
5 Non semper lucrū ditat, quandoque lucellū
6 Nunquam ditesces numis, si Numina spernis
7 Decipis haud alios; semper te decipis ipsū
8 Pectus avaritiâ, miseraque cupidine purga
9 Nunquam lucratur, qui vendit carius aequo

Mercurius

45. An iter suscipiendum N. succedet?

1 Efficies, quodcunque petis, salvusque redibis
2 Cede domo, incolumis patrias remeabis ad oras
3 grandi laude domum venies, patriamque revises
4 ad charos sanus rursum remeabis amicos
5 Sola tibi insidias peccandi occasio ponet
6 felici, re confecta, ductore redibis
7 Sontica causa moram faciet, sumptusque facesset
8 Non alios timeas, tua quam peccata, latrones
9 ut felix redeas, Numen comitetur euntem!

46. Quis N. furatus est N.?

1 Fur fuerit quisnam, Deus olim deteget orbi
2 autolica de gente fuit, sed nescio nomen
3 Non licite hoc quaeris. risum teneatis amici!
4 Mene hoc fure putas? prudens responsio cessat
5 Crine ruber fuscusque foret, si Zoilus esset
6 non unus fuerat, sed plures furta patrarunt
7 Nescio cognomen; verum Nemo ille vocatur.
8 abstulit ille tibi, qui reddere non vult
9 Nomen habet sanctum, sed plurima crimina foedant

Mercurius

47. Finietur-ne hoc mense N. Processus N.?

1 Festina lente; cunctando restitues rem —
2 Astra volunt, res ipsa petit, Themidisq; voluntas
3 In causa vinces fraudesq; dolosq; triumphans
4 Munera cum curva facient curvissima recta
5 Si satis argenti, si sat profuderis auri
6 Spernitur alma Themis, fraudesq; doliq; triumphant
7 Evinces causam, fuerit si argentea penna
8 Alma Themis iustâ pensabit cuncta bilance
9 Pingui processu melior transactio macra est

Jupiter

51. Quonā Religio Vera N. an N.?

1 Solam Relligio confert Romana salutem
2 Relligio Christi; quam felix Roma fatetur
3 Extra Romanam non est sperare salutem
4 Est Romana Fides, solumque ad Sidera ducit
5 Sancta Fides; Romana Fides verissima semper
6 Impolluta Fides Romanae gloria Sedis
7 Quid dubitas? Romana Fides; miracula monstrat
8 Est Romana Fides, quam Christus semper amabit
9 Est Romana Fides totū diffusa per orbē.

52. Sumne N. aliquando futurus inter Salvandos?

1 Regna beata subit, qui Paupertatis amator
2 Esto Pacificus; coelestia Regna patebunt
3 Ne dubita! Numen, sis mundo corde, videbis
4 Fies, Iustitiam esuriens, sitiensque beatus
5 Aeternâ luctus pariet tibi gaudia vitâ.
6 Mitibus aeternae certa est Possessio terrae
7 Numen dat coelū cunctis miserescere suetis
8 Si mandata Dei servabis, sidera scandes
9 Si pro Iustitia pateris; sunt sidera certa

Jupiter

53. Fiamne N. aliquando Dives?

1 Non tibi deficiet Crœsi thesaurus in arca
2 Affluet auratâ quondã Pactolus arenâ —
3 Applaudet Fortuna tibi cum divite cornu —
4 Argenti dites superabis pondere Crœsos —
5 Divitÿs fies et multo splendidus auro —
6 Mergent vina tuos, quos donant Numina, numos.
7 Plena domus fiet, fient Cellaria plena —
8 Multa metalla dabo, sed magno parta labore
9 Divitias quæras, quas virtus naufraga salvat —

54. An N. eligetur in Prælatũ, Senatorẽ, Consulem?

1 Haud alius poterit te iudice dignior esse
2 Est virtute sua dignissimus omnibꝫ ille —
3 Hoc equidẽ Studiũ, Virtus, Pietasqꝫ meretur
4 Ambitione tumet, fient contraria votis
5 Factio turbabit, quanquã hic dignissimꝫ esset.
6 Plurima Vota petunt, est Numinis ista voluntas
7 Non aliũ exposcit Divini Pnevmatis aura —
8 Vult Numen, populusqꝫ simul, vox omnibꝫ una
9 Unus dissentit, sed plurima vota valebunt —

Jupiter

55. An felix Regimen habebit N. Neo-Electus?

1 Illius arridet Sors felicissima coeptis. | vivat, floreat!
2 Ille diu vivet, votis, fatisq; secundis | plaudite
3 Implebit lotis canos successibus annos | diligit
4 Auspiciibus reget ille Dijs; populumq; beabit | vosq;
5 Multa adversa premunt, sed virtq omnia vincet
6 traducet stellis plusquam felicibus añnos | meret;
7 Non nisi fausta beant constante Numen amantē
8 Angent multa quidē; sed coeli gratia servat
9 Is, quem Numen amat, felici navigat aura

56. An hodie N. lucrabitur?

1 Ludendô perdes; erit impatientia lucrū | ludere cessa
2 Donâsse argentū meliq; quā perdere lusu —
3 Abstineas chârtis! aurū cū tempore perdes —
4. Bella tibi eripiet quositū fœmina lucrū | desiste
5 Lucrū grande nihil; semper mala parta peribunt.
6 Pauperibus dona, si vis ditescere lucrîs | dona
7 Non alios fallis, ludendô falleris ipse | eheu!
8 Paucula lucraris, sed perdes optima lusu | pāā
9 Fraudibus abstineas; hodie Fortuna favebit | coaē

Jupiter

57. Obtinebone ego N. Officium N. quod prenso?

1 Curam omnẽ cõmitte Deo; faciet optima semper
2 Illis qui prosunt totã rẽ, teq; relinque
3 Egregia virtute stude ac pietate mereri / fac
4 Cuncta relinque Deo; non perdes premia virtus
5 Credis te dignũ, verũ non dignus haberis
6 Quam sit grata Deo virtus, nunc experiere
7 Ut lapsu graviore ruas, tolleris in altũ
8 Non sis sollicitus; fiet, quod sidera mandant
9 Quis sis, quis fueris, tecum perpende tacendo

Venus

61. Qualis mihi N. obtinget Uxor?

1 Bellula jungetur, sapiens, lectissima sponsa
2 Formosam duces, quae garrulitate placebit nunquam
3 Non ea divitiis, sed nec virtute carebit
b 5 In viduam duces, ingens cui sarcina gibbus
a 4 Pulchrior in pulchro veniet tibi corpore virtus
6 Penelopem duces gnavam, fidam, atque pudicam
7 Pulchra licet non sit, saltem virtute placebit
8 Ingentes virtutis opes feret illa marito
9 Pulchra, pudica, sagax, sapiens tibi sponsa parata

62. Qualis mihi N. obtinget Maritus?

1 Musicus insignis, doctrina clarus et arte est
2 Ingenio excellens summa ad fastigia natus soli
3 Praestanti forma Phoebo, Martique placebit
4 Pacis amans tibi sponsus erit, fidusque maritus.
5 Diliget ille merum, cui nubes, corrige mores
6 Moribus ingenuis, teque una diliget ille
7 Praestanti viduo jungeris sponsa marito
8 Dilapidabit opes, quem Juno pronuba tanget
9 Est virtutis amans, Phoebi decus, atque voluptas

Venus

63. An N. obtinebo N. in Sponsam?

1 Id nescire iuvat; fiet, quod sidera mandant.
2 Est tibi cunctandum; referet constantia palmam.
3 Conciliandа tibi est Matris, Patrisque voluntas.
4 Contra spem spera, certamina multa subibis.
5 Fidelem semper sors grata beabit amantem
6 Obstant multa tibi, sed virtus mascula vincet
7 Aemulus insidias struxit, sed nunquid amantes turbabit?
8 Fiet, quod speras. Superos tibi redde faventes
9 Castus amor firmat, non castus foedera rumpet

64. Quot Liberorum N. ero Mater?

1 Septena faciet Numen te prole parentem
2 Octo tibi matri decernunt sidera natos
3 Sex gignes natos, quos semper Parca necabit
4 Una Prole parens fies, sed sidere fausto
5 Progignes gemina felici sidere prolem
6 Partu ditabis septena Prole maritum
7 tres gignes Natos, quos filia terna sequetur
8 Sex paries mater fatorum pignora iussu
9 Nullam concipies prolem; sic diphtera dictat

Venus

65. Masculumne an Fœmellā N. paritura sum?

1 Progignes bellū mater benedicta puellū / regā
2 Tu gestas natū: facies quo gaudia patri!
3 Feminea tu prole gravis, natusq; sequetur
4 Masculus est, quē ventre geris, bellusq; puella
5 Femina te matrē faciet, non mascula proles
6 applaudet Patri mas natq; bellulus ore
7 Filia nascetur, sed prostans filia matri
8 Corde Deū lauda; sapiens tibi filia surget
9 Felicem proles augebit mascula stirpē / famē, pestē

66. Quonā fata habebit Proles N. heri &c. nata?

1 Plurima, si curas, promittit gaudia patri
2 Ingenuos mores similis fortuna sequetur
3 Fac, ut Numen amet, iucundaq; fata beabunt
4 Cura vigil magnos Proli promittit honores
5 Consumet miserā fucus dulcedine vitā
6 Praeproperos caveat, seroq; admittat amores / cupido brevis
7 Perdet libertas, si non pietate gubernas
8 Pindi Delicium fiet, Sacra Castra sequetur
9 Felix florebit, fastigia summa tenebit / Joseph

Venus

67. Quonam N. in matrimonio cavenda?

1 Zelotypia nocet. non est cur pectore regnet.
2 Pacis amans esto, compartem lædere noli
3 Folia picta cavē, caligas non induat uxor
4 Vir teneat regnū, mulier sit fida marito
5 Fœmina non caligas teneat, fusumq; maritus
6 Omnia non credas de Coniuge, falsa loquuntur.
7 Servabis, fugiens hominū mendacia, pacē.
8 Matris amor perdet, Genitor tu corrige Natos
9 Uxorē tu fidus ama, tu fida maritū.

Saturnus

71. Eritne annus N. frugifer?

1 Florebit bene culta Ceres; tu sidera lauda
2 Fulgura Jova Ceres metuit, Pomonaq; vermes
3 Erucas Pomona timet, Bacchusq; pruinas
4 Omnia florebunt, sed grandinis ira timenda est
5 Grando prosternet segetes, nisi sidera servent.
6 Mars gladium, Tellusq; famem, Mors tela minatur.
7 alma Ceres culmos dat, Bacchi vinea botros
8 Sunt mala mixta bonis, nec felicissimus añus
9 Inferet haud paucos tumulo, quem vivimus, añus.

72. Quot años vitæ ego N. numerabo?

1 Vita brevis, longæva licet; Mors proxima semper
2 Longævos promitte dies; fac sidera firment
3 traduces totidem, quot tu bene transigis, años
4 Ista latere Deus voluit. morti esto paratus
5 Post paucos moriere dies; si transijt añus
6 annis Nestor eris; si secula terna videbis
7 Longævam vives vitam, si pocula vites
8 ars mea longævos promittit Nestoris annos
9 annos tot numeres, quot Tellus Boica porcos

+

Saturnus

73. Qualis erit Autumnus Anni N.

1 Vinea florebit generosae fertilis uva --
2 Ebria spumabunt calcatis prela racemis
3 floret ager, plenis spumat vindemia labris
4 Imīnet autumnus calcatis sordidus uvis —
5 vite coronatos autumnus possidet ulmos
6 Promittit gravidas autumnus fertilis uvas
7 Promittit paucas Autumnus pomifer uvas —
8 Paucula vina dabunt calcatis prela racemis —
9 Vinea florebit, sed florē frigora perdent.

74. Qualis Hyems Anni N.

1 Bruma riget veniens, est nescia vere remitti
2 Hyberni Soles gelidis aquilonibus horrent
3 Paucas Bruma nives, sed frigora magna minatur.
4 Durabit non Bruma diu, sed frigora densat
5 Proxima Bruma riget, glacialibus aspera ventis
6 Saeviet imītis sat longo tempore bruma
7 Añus frigebit, sed tu mage frigidus illô
8 Vellera multa iacit glacialibus horrida nimbis
9 Imīnet acris hyems, et mista grandine saevit.

Saturnus

75. Quale Ver anni N:

1 Ver placidas nectet vario de flore corollas
2 ditabit campos violis, et floribus hortos
3 Plurima velabunt vernales Nubila Soles
4 Imbribus haud raris Tellus sub Vere madescet.
5 Turbabunt vernos subeuntia nubila Soles
6 Imbribus im̄odicis squallet Pars maxima Veris
7 Ver erit æternum, blandumque tepentibus auris
8 Ver placidum priscos hortis promittit honores
9 Obvelat vernum rarissima nubila tempus

76. Qualis Æstas anni N:

1 Æstas torrebit calidissima Solibus agros
2 Vestiet irriguos culmis cerealibus agros
3 Æstas promittit flaventes messibus agros
4 Æstas multiplici fruges cum fœnore reddet
5 Fulmen sternit agros, Sata lœta, boumq; labores
6 Pinguia fœcundis pubescunt frugibus arva
7 Æstibus im̄odicis torrebit Sirius agros
8 Torrebit siccas insana Canicula messes
9 Crebra incumbet agris tempestas horrida nimbis

Saturnus

77. Quali Morte defungar N.r

1 Mors inopina tuae dissolvet stamina vitae
2 Ingratus tumulo morbus tua corpora condet.
3 Mitia, si mores emendes, fata vocabunt
4 Obtinget mors sancta tibi, si sidera curas
5 Horrificâ, mores nisi mutes, morte peribis
6 Mors violenta malos nigras compellet ad umbras
7 Ista latere cupit Numen; sis ergo paratus
8 Omnē crede horā tibi diluxisse supremā
9 Nescio, quod quaeris; semper iuvat esse paratū.

Planetae omnes

81. An obtinebo, quod opto N?

1 Differtur, non aufertur, quod corde volutas
2 Prudenter concede moram; nocet ardor habendi
3 Exspecta patiens; etenim mora proderit olim
4 Orea si flectas effusis Sidera votis
5 Quae cupis, obtingent, nisi fallax obstet amicus
6 Propria culpa obstat, molliri Sidera debent.
7 Optanti Fortuna favet; tua vota triumphant
8 Annuet hoc coelum, sed differt dona petenti
9 Noxia Dona petis; tacitis desiste petitis!

82. Fietne, quod ego N. cogito?

1 Id fiet nunquam, tacita quod mente volutas
2 Ens Rationis habes animo, variasque chimoras
3 Fiet, quod tacito tecum modo pectore versas
4 Continget nunquam, mutabunt fata colorem
5 Quod versas animo, res risu digna manebit
6 effectum cernes nullum: quod fata docebunt
7 Ridiculas animo, quae versas, ejice formas —
8 Cur autem fiat, fieri quod posse negabis?
9 Quae cerebrum gignit, nullo unquam tempore fient.

Planetæ omnes

83. An mihi N. à Petitis N. desistendum?

1 Nunquam desistas; te gratia certa beabit
2 Pergendum semper; tandem fortuna favebit/favebit
3 Desistas, nunquam fiet quod vota precantur
4 Perfer et obdura; referes Patientia palmam
5. Cessato, nunquam faciet tibi grata Patronus
6 Suadeo desistas, nunquam tua vota valebunt
7 Suadendum, ut pergas, Columque precando fatiges
8 Prudens cessabis nunquam, tibi fata favebunt
9 Si sapias, perges; cuncta importuna habebit

84. Verumne est, quod mihi N. narravit?

1 Isthoc sparguntur toto mendacia mundo
2 Quod tibi narratum, Vir prudens, credere cessa
3 Est res vera quidem, sed circumstantia fallunt
4 Plurima fingentes, quædam verissima miscent
5 Invidiam pleno famæ mendacia sperne
6 Vera tibi narrant, mendacia plurima miscent
7 assensum suspende tuum; latet anguis in herba
8 Est, quod narratur, verum: non omnia crede
9 Plurima falsa quidem; quædam verissima narrant

Planetæ omnes

85. Eritne Bellum hoc Imperatori N. Regi N. Reginæ N. proficuum?

1 Prælia pugnabis nullos habitura triumphos
2 Regnum cum populo perdes; bona causa triumphat
3 Infelix multo constabit sanguine Bellum.
4 Pax esset melior, melius quoque regna tueri
5 Otia non turbes Pacis; Bello omnia perdes.
6 Prospera bella cies; Magno Duce causa triumphat.
7. Prospera bella geres, si Reges fœdera servent.
8 Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes
9 Finiet haud Mavors lites, Transactio tollet

86. An succedet, quod aggressus sum, Negotium?

1 Non tibi succedet, certo turbabit avernus
2 Quo pede cœpisti, pergas; Fortuna favebit
3 Impedient te multa quidem, labor omnia vincet
4 Esto vigil semper; fictus vigilabit amicus
5 Prosperitas causæ magnum dabit incrementum
6 Sis cautus; quoniam fatum crudele timendum
7 Astra inimica tibi; successus gaudia turbat
8 Angelus optatam faciet te cernere metam
9 Propitio exspecta succedent omnia fato —

Planetæ omnes

87. Anne fiet N. brevi?

1 Differtur; quod vota petunt inimica quieti.
2 Proxima iam veniunt; statuit quæ tempora Numen
3 Festina lentè; nimium properâsse nocebit
4 Quæ mora tardabit, multum tibi proderit olim
5 Accidet in puncto, quod fata inimica retardant.
6 Vota retardantur; sunt magna obstacula causæ
7 Stella inimica moras et mille obstacula ponit
8 Post paucos res tota dies; fatúmque patebit
9 Spera; nam subitò, quæ nunc occulta, patescent.

v. 116

Stella incognita

91. Quid portendit Cometa, hoc anno N. visus?

1. Prodromus irati Cometes Numinis extat
2 pessima portendit, precibus ni sidera places
3 Mavortis gladium, mortesque, famemque minatur
4 Illum ne metuas, animus si criminis expers.
5 Inferet hic multos tumulo, quem viving annus
6. Interitum tibi, ni resipiscas, Galle minatur —
7 ut plangas, palmisque monet, tua pectora tundas
8 Væ terris! quarum cauda eius viscera tangit
9 Est Jovis irati signum, tua crimina plange:

92. Redibitne brevi pax?

1 Si serves Superis, reddent quoque Sidera pacem
2 Pax non est, Gallo dum steterit dum crista superbo
3 Quam Mars non reddet, revehet transactio pacem
4 Post messem trinam remeabunt gaudia pacis
5. Foedera sperata turbabit femina pacis / femina
6 Post annum armorum strepitus pax alma sequetur
7 Fac portas claudat Janus, pax chara redibit.
8 Omnem spem Pacis Regum dissensio tollit
9 Pax equidem, multo sed sanguine parta redibit.

Stella incognita

93. Qualem Vitæ Statum ego N. electurus sim?

1 Tu spreto mundo Benedicti castra sequeris
2 Evehet ad magnos te Justinianus honores
3 Magni Augustini tibi Regula Sacra placebit
4 Uxorem duces: tibi Crux pretiosa paratur.
5 Sacro Francisci lumbos tu fune ligabis
6 Mors solvet dubium rumpens cito stamina vitæ
7 Insignem heroëm te belli facta loquentur
8 Imaculatum Agnum Superis litabis ad aram
9 Coniugij sacro te Hymenæus fœdere junget

94. Quonam Fata Reginæ Hungariæ et Boh.

1 Dux eius Numen Crucifixum, non timet hostes
2 Hostem magnanimæ configent tela Theresæ
3 Hostes ne metuas; semper bona causa triumphat
4. Laudat alauda Deum, Cœlum tutatur alaudam
5 Multa adversa prement; sed Virtus omnia vincet
6 Hostes insurgent; tu contra audentior ibis
7 Evellet plumas Gallo hæc Gallina triumphans
8 Gaudia progignet Natus quam plurima Matri
9 Multorum invidiam fortis superabit Amazon

Stella incognita

95. Quis putas, Puer iste (Josephus Austriæ Princeps) erit?

1 Ne matrem lædat! genitricis hic ultor in hoste
2 Huc citò vos aquilæ! Regiq; applaudite vestro
3 Compellet tumidas hic Gallũ ponere cristas
4 Hunc Virtus invicta Dijs cũ tempore junget
5 Sentiet ultorẽ læsæ Borussia matris
6 Mars illi terras, ereptáq; Regna rependet
7 Odrysiæ pedibus calcabit cornua Lunæ
8 Virtutũ meritis Superis hic magnus, et orbi
9 Propitijs reget hic Superis, populumq; beabit

96. Quonã fata habebit Rex Borussiæ?

1 Perfide! sat decepisti, morieris in undis
2. Iminet interitus, pacis si foedera frangat
3 Sanguineos sitiens imbres, mortẽ bibet undis
4 Infelix multo consperget sanguine terrã
5 Cum Regno amittet vitã, sic Sidera mandant.
6 Austria ne fidas? nutrit sub corde Sinonẽ
7 Sat fraudis, sat perfidiæ! mors præmia solvet
8 Reddetur Domino Silesia rapta priori
9 Foedera ni serves, certũ properabis ad orcũ

Stella incognita

97. Quonam Fata Galliæ eiusq; Regi?

1 Fata inimica tibi; semper mala causa peribis
2 Prælia pugnabis: nullos habitura triumphos
3 cum Regno populum perdes: ita Diphtera cœli:
4 Qui nescit servare fidem, hoc frangatur eidem
5 Otia turbabis Patriæ, bello omnia perdes
6 amittes spolium, Lotharingus Sceptra tenebit
7 Sub pedibus victus Gallinæ, Galle, iacebis
8 fœdera, quæ servare nequit, periura peribit.
9 Cristas pone tuas: infelix Galle; iacebis.

Stella Nebulosa

101. Quam Religionē ingrediar N.?

1. Si Benedictinus fias, eris et Benedict9.
2. In Claram invitant te Coeli gaudia vallē
3. Quae Theresa colit, Carmeli culmina scandes.
4. Nomina quae Canones probent, et Regula, quaeres
5. Esse Canem Domini dabit is, qui Praedicat, ordo.
6. ~~Coelesti~~ divino locus est tibi Pnevmate Praemonstratus.
7. Ecce tibi patulas Servorū Virginis aedes!
8. Barbatos sociant tibi Sacra Cappucia Fratres
9. Ut Jesu vitā vivas, Loiola vocabit te

Stella Nebulosa

102. Qualem Statum in Sæculo eligam N.

1. Pro grege qui Christi vigilat, te Clerus habebit.
2. In mundo celebs intérq; pericula vives.
3. Justinianeos avidus pensabis honores.
4. Professor Medicæ trades Podalirij artes
5. Impiger extremos perges Mercator ad Indos
6. Scriba tuæ tandem scribes discrimina vitæ
b 7. Cum tibi nil aliud reliquum sit, castra sequeris
a 8 Insistes Patrÿs noto tibi tramite fatis
9 Nec quid, nec quantum, sed eris materia prima.

Stella Nebulosa

103. Quem locum mihi assignabunt Superiores?

1. Te procul anterior sibi vendicat Austria civem
2. Litus ad Acronium dubiam converte carinam
3. Suevia te ~~posuit~~ obvia quaerit cupidis amplexibus
4. Dant inter Bavaros sedes tibi fata quietas.
5. Esse Palatinum Comitem te Numina mandant.
6. Helvetiam totus manantem lacte videbis
7. Hospitium tibi dulce parat strumata Tyrolis
8. Italicam Linguam si calles, pete Tridentum.
9. I pete Vallesiam citra Garamantas et Indos.

Stella Nebulosa

104. Ad quod Officium destinor N.?

1. Rhetoricā trades facundi Tullij artes
2. Ad Sophiā te fata vocant: seges ampla laborum est.
3. Sacra Themis doctā defert tibi prompta cathedrā.
4. Ut Cathedrā scandas, invitat Sacra Facultas
5. Ad Sacrū invitant te Jura Sacrata Tribunal
6. Te vocat ad Cathedrā Facundia Sacra. quid haeres?
7. Aegros et miseros, fervens Operarie, cura
8. Oeconomia Domûs tibi curas mille creabit.
9. et Claves et fasces tibi nutus Numinis offert.

105. Qualis erit Tempestas N.

1. Longa (quis hoc nescit?) videt post Nubila Phoebus.
2. Im̄inet atroci tempestas horrida nimbo.
3. Cum nimbis tepidi miscebunt praelia venti.
4. non tibi propitiū promittant somnia coelū.
5. Quem semel incepit, servat Lunatio morē.
6. morē Luna tenet, quem Tertia, Quarta tenebat.
7. Sudum innube tibi quis possit sistere coelū?
8. Ne fidas dubio certā spem ponere vento
9. Nubila iam cogit, iā nubila dissipat äer

Stella Nebulosa

106. Cuius Complexionis sum N:

1. plurima Bilis adest, sed sanguinis omnia plena.
2. Sanguis ubi fervens, opus est moderamine morum.
3. Sanguis multus adest, sed Cholera praedominatur.
4. Indolis assiduas vehementia poscit habenas.
5. Pone modum rebus, nimium compesce calorem.
6. Stultitiae primam tonsuram, Moeste, caveto.
7. Copia spirituum, sanguisqz volatilis ardet.
8. Phlegma facit pinguem, facilem, mitemqz bonumqz.
9 Phlegmatis alluvies humorem temperat atrum.

107. ~~Qualis~~ cujus Natio-nis pro reliquis huc N. servit?

1. Itala pro reliquis hominū tibi natio sistit
2. Gallus is est, cunctis qui se pro gentib⁹ offert.
3. Hispanus fuerit, prodens quē quaestio tangit
4. Sese Germanus, qui quaeritur, esse fatetur.
5. Austriaca de gente virū, quē quaeris, habeto.
6. Boiorū de stirpe petas, quē quaestio tangit
7. Gente satus timida, Leporū generosa propago
8. Quem petis ex reliquis, hunc edidit alma Tyrolis.
9. Lactis amans patriaeque tibi sese Helvetius offert.

Stella Stationaria
Quis?

111 -

1. Quis, nisi quem reliquos post omnes
esse putares.
2. Qui tibi pro reliquis favet et se monstrat
amicū.
3. Quid si pro reliquis foret is, quē corde propitias.
4. Non malè divinas, quem suspicione gra-
vasti esse reū.
5. Qui tibi pro reliquis opus hoc patrasse
videtur
6. Qui probitate sua reliquos supereminet
omnes.
7. Quid rescire iuvat quod non fas prodere
nomen.
8. Quisquis is est, nollet monstrari et dicier
hic est.
9. Hunc tibi non prodā, restat non
noscere nomen.

v. el 46.

Stella Stationaria

112. Quod illi nomen?

1. Gratia quod dederat, nomen gerit ille Joañis
2. Filius accrescens Joseph sic ille vocatus
3. Francisci Patris virtutu et nominis heres
4. Nomen scire rogas? Antonij ille vocatus
5. Nomina nosse cupis? dedit illa Georgius heros
6. Felix Patroni Carolus cognominis heres
7. Nomen et omen habet spirans Ignatij ignem.
8. Grande grande decet nomen; nam Xavier hic est.
9. Iste sui Lodoix mensura nominis implet.

Stella Stationaria

Ubi;

113. vel Quisnam Locus?

1. ad Boream locus est, quem isthac indagine quaeris.
2. Nosse plagam si forte petas, ea respicit Austrū.
3. Quod petis invenies, si te convertis ad Ortū
4. Occiduas percurre plagas, portumq; tenebis.
5. Est locus, in toto quem non quaesiveris orbe.
6. I procul et dabitur tandē invenisse qod optas.
7. Non ~~porto~~ procul hinc locq est, quē tanta indagine quaeris
8. Ecce locū, recto quo duxit tramite nasq.
9. Est locus in toto quo vix vicinior orbe.

Stella Stationaria

194. Quibus auxilijs ? ut perficiat N

1. Precibus et pietate. Cuncta suis precibus debet
Superumq; favori.

2. Labore. Impedimenta Labor tandem improbus
omnia vincit.

3. Arte. Artis opus fuerat, magno labor im-
probus artis.

4. Laude. Ingens calcar habet stimulantis
gloria laudis

5. Commendatione: Quem favor et Studium com-
mendat, is omnia vincit.

6. Amicitia. Fortis amicitia est, defert ea
multa favori.

7. Fortunae debet, quocunq; egisse videtur

8. Quae bona cunque tenet, debet quam
Pecunia plurima Nummis.

9. Fraude. Mente sagax et fraude
vigil, facile omnia vinc

+

Stella Stationaria

feci N

195 Cur, seu quibus Motivis?

1. Te Probitas Justique Fides impellit amantem.
Religio:

2. Vocatio: Isthoc ut faceres, tibi sancta Vocatio suasit.

3. Honestas: Ingenuos pro mille bonis stimulabit Honestas

4. Necessitas: ut facias, fortis Lex insuperabilis urget,

5. Non hoc sponte facis, sed te sors aspera (nolentem) cogit.

6 Consilium: Huc te Consilium chari permovit amici.

7. Utilitatis amor stimulos cunctantibus addit.

8. Voluptas: Quid causam quaeris? ducit sua quemque voluptas.

9. Passio: Hoc tibi non Ratio, vehemens sed Passio suadet.

Stella Stationaria

116. Quando vel quamdiu

1. Ne dubita: veniet tempus pernicibus alis
velox
2. Exspecta patiens, faustum patientia
fine saepe tulit.
3. Exspectare iuvat pretium sat grande mo-
rarum, grande nimis.
4. Nonne tuam patiens vis maturescere sortem:
stulte utique.
5. Non instar fungi nocte Fortuna per
unam germinat.
6. Grande Bonum non hora stati tibi
parturit una.
7. Festina lente; properus male cuncta mi-
nistrat impetus.
8. Sat cito, si pariter sunt sat bene cuncta
peracta.
9. Tempora si tardent nimium tibi longa,
ferendum est.

v. 87.

Stella Stationaria

117. Quid mecum cogito? *

1. Tu mihi ni dicas, quis tandem dicere nôrit?
2. Quod quaeris, me scire negas: hoc mente revolvis.
3. Non ego sum Momus, cui pectoris ima patescant.
4. Quid mihi cum tenebris, quas pectoris abdita claudunt?
5. O te simpliculum! Si me cupis esse Prophetam.
6. Quisquis id exspectat me dicere posse, laborat.
7. Divinare tuam quis possit denique mentem?
8. Non ego, sed vagus hanc exercet Zingarus artem.
9. Id plerumque soles animo versare, quod optas.

* item si quid quod interrogatur, vel nolis vel nescias exponere. v. 82

Sidus Retrogradum

121. An reviviscet suppressa Societas?

1. Clarescet celebri phœnix rediviva triumpho Loyolæa cohors.
2. Pressi, haud oppressi speramus posthuma vitæ munera
3. Posthuma Loyolidis et vita et fama redibit
4. posteritas Socijs dabitur numerosa per ævum omne
5. Latius exurget victrix post funera virtus Loyolidum
6. Heu! fuimus, Socij; sed posthuma vita redibit flore novo.
7. Clarius emerget post tristia fata resurgens Loyolidûm nomen.
8. Numinis innocuos premit; ast non opprimet ira longa nimis.
9. Sit, fuimus! vitæ sed spes mihi certa futuræ est.

122. Quando reviviscet Societas

1. Jamiam aurora micat spei, hanc
luce clara sequetur
2. Numinis accelerant nutum tot vota
bonorum. vix facient.
3. Respiciet Numen placidum tot vota
precantum, nec tardabit.
4. ~~Numinis in m~~
Quis tu, qui superis metas et tem-
pora ponas
5. Numinis in manibus mea sors
et tempora sunto!
6. Non nostrum est hoc scire, scie[t]
qui tempora fecit
7. Vyshtera supremi sciet hoc oc-
culta Tonantis
8. Quid juvat arcana sola scrutari sorte
abyssum. Desin
9 Desine scrutari nimis inscrutabile
tempus, consiliumque
Dei

123. An hic homo N. serio se convertet ad fruges?

1. Angelicis applaude Choris! regressus ab orco astra petet.
2. Perdita Pastori se rursus ovicula sistet chara suo.
3. Prodigus ad patrias remeabit Filius aedes conversus.
4. Non fovet hic tecto larvatum corde Sinonem.
5. Callida num queat hanc simulatio fingere mentem?
6. Fac se convertat; lucrum hoc sit nobile calcar.
7. Convertetur homo; nisi fors obstacula ponat obduratus.
8. Seria si fuerit, nunquam conversio sera est.
9. Quis lavat aethiopem? niger est. pellem exuet unquam?

 An Conversio huius N. erit sibi consta[ns]

1. Si ros celestis nutrit bona semina
referent ~~[illegible]~~
2. Ni Fidei sit plusquam alimenti
cura, redibit ad vomitum.
3. Haud debellatum est, tentatio
certa sequetur. esto paratus
4. Incepisse bene haud satis est,
finisse coronat victores.
5. Ni Socij injiciant zizania, semina
fructum reddent.
6. Sirenes cavetis! quas nonnisi
rarus ulysses vincit.
7. Humano Capiti quoties se jungit
equina Cauda?
8. Quam multos, qui stant, occasio
proxima sternit!
9. Chamaeleonta vides. nemo in-
constantior illo. proh dolor

125. Unde tanta morum Corruptela?

1. Debilitas Fidei tantorum est Lerna malorum fæva nimis.
2. Sancta Fides! quantis es nunc obnoxia damnis!
3. Pseudochristicolæ plusquam nocuere Tyrañi vafra blanditie Caudæ
4. Libertas morum, doctrinaque omnia perdit, Cerberus infrenis!
5. Fæmina cunctorum genitrix plerumque malorum est pessima.
6. Væ mundo! im̃undum scelus undique et undique inundat.
7. Frenaque Jusque datum Sceleri, vah! dira Tyrañis!
8. Auri sacra fames! quid non mortalia cogis pectora!
9. Pestiferis ne fide libris; latet anguis in herba.

126. Juvena contra mores corrupt. Remed.

1. Missio Sacra Viros mittit convertere mundum. Convertunt.
2. Qui Sacras animant cathedras; fervore perorent non flando.
3. Qui prosunt alijs, fiant qui Bona publica curent.
4. O Cœlum inflammet, qui Scandala Publica tollant!
5. Sanctos Sancta decent; Sanctus sit Clerus ad aras.
6. Sexus fœmineus sit mente et veste pudicus.
7. Pestiferos urant omnes incendia Libros! ~~excudant~~ Succedantque boni.
8. Magnatum vis magna exempli vulgus in omne
9. Innocua ut maneat, sit maxima cura juventæ!

127. <u>Quid in adversis aut prope desperatis rebus cogitandum aut agendum</u>

1. Præcipitasse cave quidquam; male cuncta ministrat impetus.
2. Multiplicato preces; et vindicis ira quiescet Numinis.
3. Auxiliatricem; Divinam in vota vocare Matrē ne cessa.
4. Fac ut Numen ames; et quid tibi cuncta nocebunt?
5. Provida Mens, quæ cuncta regis! Tibi cuncta resigno.
6. Perfer et obdura; refert Patientia palmam victricem.
7. Spes non confundet. Spera; Spes omnia vincet.
8. Durate et vosmet rebus servate secundis. servate; ~~secundis~~
9. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito!

1

1

2

3

4

5

6

7

8

9

4 9 6 | 6

I. Quid respondes Oedipe? | Oedipe Prophe-

10 11 Rub 3

zeyge mir

6 6 8 3 | 6 3 3

II. Oedipe, profer oraculum | Oedipe gib dein

2 8 2

ausspruch

10 5 6 | 6 3

III. Vaticinare nobis Oedipe | Oedipe was

9 mir 3

antwortest Rub?

6 3 4 | 6 3 4 3

IV. Oedipe dic mihi. | Oedipe was fragt der

Planet 6

Bäumel?

6 3 5 nobis | 6 3 5

V. Oedipe dic Lodes | Oedipe, was rathst?

4 5 6 | 6 3 5

VI. Quid putas Oedipe? | Oedipe was fragt

3 3 6

dir der Planet?

Rub

6 9

Oedipe! responsum! | . . . |

VII. Oedipe, quid cedam? | Oedipe rrüff-
un Rub. (mir) | Sagn Rubhr Oedipe.

VIII. ad te appello Oedipe! | Oedipe Ptrüffer
gn Rub | (mir)

723.